Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISPUTATIO MORALIS
DE
FUNDAMENTIS
PERIPATETICORUM QUIBUS ARISTOTELES DOCTRINAM DE MORIBUS SUPERSTRUXIT, NEC NON STOICORUM ET ALIORUM RECENTIORUM INTER SE COLLATIS

QUAM

DEO OPT. MAX. ANNUENTE

SUB PRAESIDIO

DN. IOHANNIS Eicheln

Philoſoph. & J. U. Doctoris & Moral. P. P. Ordin. Dicaſterij Guelph. Provincialis Adſeſſ. & Conſiliarij Saxo-Lauenburgici

Patroni fautoris & affinis ſui ætatem colendi

Publicæ placidæq; diſquiſitioni ſubjiciet

HENRICUS MEIBOMIUS Lübecenſis

LOCO ET HORIS CONSUETIS

Ad diem II Maji.

(o)

HELMESTADI,

Typis HENNINGI MULLERI Acad. Typ.

CIↃ IↃ C LVII.

V I R I S
Magnificis, Nobiliſſimis, Ampliſſimis, Conſultiſſimis
DN. CHRISTOPHORO GERDESIO J.U.
DN. GOTHARDO ab HOVELEN
Reip. Lübecenſis Coss. digniſſimis
DN. MARTINO BÖKELIO J. U.
Reip. Lübecenſis Syndico digniſſimo

NEC NON

Spectatiſſimo & Præſtantiſſimo
DN. JOHANNI WERLHOFIO
Civi apud Lubecenſes primario.

DOMINIS PATRONIS, FAUTORIBUS, COGNATO, ADFINI

Exercitium hoc Academicum L. M. inſcribit

Henricus Meibomius Lüb censis A. & R.

BIBLIOTECA BODLEIANA

THESIS I.

QVemadmodum apud Areopagitas, ut tradit Lucianus *in Hermotimo p.m.266.* morem fuiſſe legimus, noctu & in tenebris cognoſcendis cauſis operam dare, ut non in dicentes, ſed in ea, quæ dicerentur, oculos ſuos defigerent judices: ad eundem modum philoſophari non duxerim inconveniens, ſed rectum, ut rationum potius pondera nos in ſententiam ſuam deprimant, quàm Illuſtris alicujus Viri nomen oculos pariter & judicium fallaci fulgore perſtringat. Cum grano enim ſalis accipiendum, quod Poëta ait, multum intereſſe:

Davusne loquatur, herusve,
Maturusve Senex, an adhuc florente juventa
Fervidus.

Et idcirco Pythagoram non probamus, cujus auctoritas absque ratione valuit, ut vel ambitioſa illa verba *αὐτὸς ἔφα* ſatis indicant ap. Cicer. *l. 1. de nat. Deor. p m. 272.* Parum profectò proficiet, quem ita doctoris ſui captivavit auctoritas, ut nec ratio ab errore, nec libertatis amor à ſervitutis turpitudine; nec conſtantia veritatis à pertinaciâ revocare poſſit. Vide Joh. Salisberienſ. *l. VII. de nugis curial. cap. IX. & X.* Sive igitur antiquus aliquis ſit, ſive recens, non advertendum eſt, quis dicat, ſed quæ. Tantum enim

ſapimus, quantum judicio noſtro ſumus aſſecuti: quæv
ſolùm auctoritate alicujus nititur cognitio, gerit quid
illa eruditionis ſpeciem, nihil tamen aliud, quàm inan
fugitivam ejus umbram. Nam & majores noſtri, lice
σοχώτατοι, aliquid ignorarunt; imò, ſicut, Tertullianus
*lib. de anim. cap. 28., neque veritas deſiderat vetuſtatem, n
mendacium devitat novellitatem.* Vide Senecam *in fine E
XXXIII.*

II. Quod ſi cujusquam magna fuit auctoritas, u
tionis inſtar haberetur, certe Ariſtotelis ſancta penè a
omnes eruditos fuit, quorum pauci tacitè, nemo dir
per aliquot jam ſecula ejus ſe doctrinæ opponere au
fuit. Fuit enim omnium ferè ingeniorum compendiu
ut, cujus naturaliter eſt capax humanum genus, id om
ei natura infudiſſe videatur. Vt reliqua taceam, pl
nũ eum in Civilibus, ſive Politica, ſive Ethica ſpectes, p
ſtitiſſe, præclarè, ut omnia, oſtendit ὁ πάνυ Conring
noſter in alterâ, quam de laudibus Ariſtotelis conſcrip
diſſertatione adeò, ut quicquid ante, vel poſt eum in
dem materiâ compoſuerint alij, præ inſigni Nicomac
co opere ὕθλον καὶ φήναφλον eſſe non immeritò dicas.
ſtus quoque Lipſius *Manuduct. 1. in Phil. Stoicam diſſert.*
invidenda quorundam de Ariſtotele effata habet, ſed n
aliorum cruda judicia ſubjungit, quæ tamen pleraque
hil aliud probant, quàm deſtitutum revelationis libro
percipiendas res divinas caligaſſe. Qua in re an rectè
riſtotelem illi reprehendant, ego mei judicij non fac
Videantur duo de Pietate Ariſtotelis in Deum & homi
libri, quos non ita pridem Fortunius Licetus, Vir in Phi
ſophiæ Peripateticæ & ſui ævi laudem natus, conſcripſi

III. Licèt vero hæc ita ſeſe habeant, licèt ſu
mus ſit, tamen ὁ περὶ τῆς ἀληθείας ἀνὴρ, ut de Homero
Pla

Plato. Non debet idcirco in ejus verba jurare ſcientiæ genuinæ affectator; non enim cultus hic, ſed inanis quædam ſuperſtitio, nulli magis quàm Ariſtoteli ipſi inviſa & improbata. Ipſe enim caſtigat præceptorem ſuum Platonem, caſtigat Socratem *Polit. l. 2 cap. 6.* & ſemper ſe tàm refellere ſine iracundia, quàm refelli ſine pertinaciâ paratum oſtendit, & ad propria quoque veritatis gratiâ recantanda pronum, *Eth. Nic. lib. 1. c. 4.* Id quod etiam fecere Hippocrates, Cicero, Porphyrius; vide Quintil. *Inſt. Orat. l. 3. cap. 3.* & Eunapium *in vit. Parphyrij p. 21.* Id igitur ſatis fuerit, ſi Ariſtotelem principis loco in eruditis habeamus, non qui dictator ſit (neque enim dictaturam admittit res literaria) ſed qui primo loco ſententiam dicat, à quâ inferioris ſubſellij hominibus (juvenibus ſcilicet, & nondum confirmati judicij) non facile ſit recedendum.

IV. At verò hodiè in vituperium Ariſtotelis abſque causâ digredi, omnium fermè intercalare carmen eſt, etiam eorum, in quibus ſi contradicendi libidinem quæras invenias; ſin eruditionem, fruſtreris. Scilicet id demum eſt Philoſophari, ab Ariſtotelicis placitis diſſentire. Quamvis autem religio nobis ſit in horum numero collocare incomparabilem Hug. Grotium, magnique eum Ariſtotelem feciſſe ſciamus, tamen injuriâ in hac de medio virtutis materiâ Ariſtotelis accuſare tyrannidem videtur. Cujus gratiâ hanc διάσκεψιν bono cum Deo inſtituemus.

V. Ariſtoteles noſter *lib. 2. Ethic. cap. 6.* virtutem definit, quod ſit *habitus proæreticus conſiſtens in mediocritate rationis, ſeu ut eam vir prudens definiverit.* Omnis ſiquidem virtutis eſt, non moralis tantùm, ſed naturalis quoque, ſubjectum, in quo eſt, benè afficere, illudque conſervare. Sic virtus, quæ in animali, conſervat illud animal. Sic omnia ſenſuum humanorum organa ſua conſervat virtus.

 Dum

Dum enim oculus acutè videt, auris benè audit, gu
olfacit &c. quæ ſingulorum ſingulæ ſunt virtutes, be
pſis eſt, & conſervantur. Quod ſi igitur nulla virtu
quid corrumpit, ne moralis quidem hoc faciet. De
ſtitia Philoſophus *3. Polit. cap. 10.* *Neque virtus*, inquit
rumpit id, quod eam habet: nec juſtitia corrumpit civita
Adeoque in eo poſita virtus ſit, neceſſe eſt, quòd co
vat. Omne autem medium conſervat, quod induc
probare cuivis facilè eſt. Omnes actiones aut agunt
aut minùs, aut medium. Quæ agunt plus & pecca
exceſſu, item, quæ agunt minùs, & peccant in defec
træque corrumpunt. Natura modico eſt contenta;
men minus edis aut bibis, quàm naturæ tuæ ſufficit
alitur corpus tuum, ſed corrumpitur. Si etiam vor
bus urſis quod ſatis eſſet, juxta Poëtæ jocum, & Her
more vinum totis congijs hauris, tantùm abeſt, ut co
ves corpus, ut perniciem ejus, extremumque inte
provoces. Solum illud, quod in mediocritate po
fovet, nutrit & conſervat. Id quod accuratè notan
dici, qui nimium & nullum motum fugere, modicu
plecti jubent. Et ſic in alijs quoque omnibus, in q
nullam repereris diſſimilitudinem. Quandoquidem
virtus conſervat, & omne medium conſervat, neceſ
ut in medio poſita ſit virtus. Et hoc ipſum porro ita
dit Philoſophus. Nimirum in omni continuo &
bili, eſt plus, minùs & æquale. Affectus vero, circa
verſatur virtus, ſunt continuum quid & diviſibile
quidem per ſe, per accidens tamen. Licèt enim ne
in prædicamento quantitatis, ſed qualitatis, tamen d
tur dividi ratione temporis, motus &c. quomodo
mus: magnus dolor, breve gaudium, brevis ira. E
affectibus eſt plus minùs & æquale. Virtus verſat

ca affectus, nec eſt tamen plus, nec minus. E. æquale. Non verò in omni medio, ſed in medio rationis tantum conſiſtit virtus nam medium illud rei, licèt obſervetur in actionibus, tamen ſunt vitioſæ. Imò nec medium rationis in omnibus affectibus, actionibusque obtineri poteſt, uti docet *2. Ethic. cap. 6.*

VI. Hæc Ariſtotelis de virtutis mediocritate doctrina uti ab omni ævo habuit, habetque hodiè aſſertores & approbatores plurimos: ita invenit etiam, qui eam impugnarent cùm antiqui, tùm recentiores. Duobus autem modis ipſi contrariati ſunt. Cum enim omnis virtus ſuis limitetur finibus & in modo conſiſtat, modum verò transgrediens vergat ad culpam, vel excedendo vel deficiendo: ſi in medio virtus non conſiſtit, erit vel in exceſſu, vel in defectu. Poſterius amplexi ſunt Stoici, qui non in modo, temperie & harmoniâ affectuum cum ratione virtutem poſuerunt, ſed in plenariâ eorundem exciſione & defectu. Prius placet Incomparabili HUG. GROTIO, qui in præfatione aurei operis de Iure Pacis & Belli Ariſtotelem caſtigat, & non ad mediocria, ſed ſumma nos incitare, præviâ ratione, conatur. Verùm, quod pace illorum dixerim, utraque fortè pars infirmioribus machinis tantum hoſtem & acerrimum veritatis defenſorem eſt aggreſſa, ut ex colliſione argumentorum patebit. Ac de Grotij quidem ſententia primùm agemus.

VII. Cum is formam virtutis in mediocritate collocare nollet, in convenientiâ cum recta ratione eam poſuiſſe videtur. Id, quod jam ante Grotium multis docuit Meiſnerus *Phil. Sobr. part. 1. ſect. 2. cap. 2. quæſt. 2.* magnâ animi moderatione, *non innovandi*, ut ipſe loquitur, *aut communem Peripateticorum ſententiam cavillandi ſtudio, ſed pro jure libertatis Philoſophicæ, veritatis tantùm amore.* Volunt

autem

autem videri contradicere Ariſtoteli, cum reverâ non c
tradicant, ſed amicè conſpirent. Quod enim illis eſt con
nientia cum rectâ ratione, hoc Ariſtoteli mediocritas ra
nis, ſeu, ut vir prudens definiverit. Recta ſiquidem ratio
perfectio noſtri intellectus. Perficitur is quinque illis hal
bus, quos inter Prudentia excellit. Quare hoc Ariſt
dit. ut vir. prudens definiverit. Neque enim aliter ſcire
ſſimus, quid ſit rectæ rationis, quàm quod illi, quorun
tellectus habitibus illis perfectionem ſuam aſſecutus,
dicant eſſe rectæ rationis. Si ſolam mediocritatem
fuiſſet pro forma virtutis Ariſtoteles, jam peccaſſet:
verò in medio rationis collocat, optimè ijs conſentit.
tus enim eſt habitus Electivus. Eligit autem, quòd
num eſt. Id verò demum bonum, quòd rectæ ration
mini naturæ & honeſtati convenit. Tum verò alic
rectæ rationi convenire dicitur, quando id ita ſeſe hab
ut nec excedat, nec deficiat, viri prudentes judicant. N
igitur hîc contradictio, ſed placidus conſenſus.

IIX. Conſiſtit jam in medio virtus, inter duo
ſeu extrema, exceſſum nempe & defectum. Neque e
audiendus eſt Vir quidam doctus, qui ita concludit: *P*
dixerim virtutem omnem contrariam eſſe certo cuidam g
vitiorum, idque genus dividi in duo contraria vitia, quoru
trumque moderatur virtus, non ut medium illorum, ſed con
rium eorum generi. Poſſumus vero hoc quidem co
dere, virtutem opponi uni vitio in genere, duobus in
cie: interim negamus, quod, hac ſententiâ poſitâ, vi
tem eſſe in medio duorum extremorum, hoc abſurdur
de ſequatur, ut ipſa virtus ſit vitioſa, quia quod eſt in
dio, participat de utroque extremo. Virtus autem in
dio vitiorum. Ipſe quidem Ariſtoteles in Magnis M

libus ait virtutem eſſe compoſitam ex vitijs: at verò quod inde deducitur, ipſam virtutem eſſe vitioſam, id non ſequitur. Neque enim manent vitia, quando ita inter ſe componuntur ſedità, ut oriatur tertia ſpecies laudabilis, nempe virtus. Res poteſt illuſtrari exemplis Phyſicis & civilibus. Miſce vinum & mel, oritur tertia ſpecies diverſa, nempe mulſum. Et vero venena interdum miſceri ſalubribus medicamentis norunt οἱ ἰατρῶν παῖδες, nec tamen jam commiſta venenorum aut ſubſtantiam amplius aut nomen retinent. In Civilibus quoque ex commiſtione παρεκβάσεων oriri rempublicam aliquam bonam poſſe, quæ non ampliùs ſit παρέκβασις, tradunt Politici. Verùm in defendendo Ariſtotele penè nimis evagatus ſum: ad Grotium revertor.

IX. Cum igitur is in conformitate cum recta ratione formam virtutis collocaſſet, oſtendere conatur, quomodo virtus non in medio tantùm, ſed in ſummitate etiam, ut ita loquar, ſeu exceſſu ſit collocata. *Recta ratio*, inquit, *quàm virtus ubique ſequitur, in quibusdam modum ſequendum dictat, in quibusdam ad ſumma incitat.* Affert deinde exemplum pietatis, in quâ non medium commendatur, ſed exceſſus: nam Deum nimis colere non poſſumus. Verùm hæc probatio nulla eſt. Argumentatur Grotius à cultu divino ad virtutes morales, & ita μετάβασιν facit εἰς ἄλλο γένος, quòd in alijs merito Ariſtoteles, in Ariſtotele ipſe Grotius culpat. Pietas eſt heroica quaſi quædam virtus & eminentia moralium virtutum, culmenque juſtitiæ, quàm ſub nube ſolum & eminus inſpexit Ariſtoteles, adeoque ejus inter virtutes ne meminit quidem. Vide Piccolomineum *Grad. IV. Phil. Mor. cap. 35.* Quòd ſi ponamus eſſe virtutem moralem, nihil tamen hinc contra Ariſtotelem concluditur. Ignorârit Ariſtoteles quid

ſit pietas, largimur hoc libentes: nec nos hanc ab illo
ſcere volumus, nec idcirco in mediocritate virtutis co
tuendâ peccavit.

X. Verùm alia quoque affert exempla, *neque æte*
inquit, *bona nimium poſſumus appetere, neque æterna mal*
mium formidare, neque peccata nimium odiſſe, quibus a
Lactantij exemplum *lib. VI. Inſt. div. cap. 16.* quòd nunqu
quis rectè factis nimis lætari poſſit, & quæ de appetitu
ſti habet Sarisber. *Polycrat. l. 8. cap. 15. Quanto*, inquit,
petitus juſti, qui in voluntate eſt, creſcit amplius, tantò me
eſt & dignus ampliori beatitudine: nam nimis velle, quòd juſ
eſt, nemo poteſt, niſi fortè quis queat nimium eſſe juſtus aut
tus. Verùm nihil ad rem: quærunt enim medium in ijs
bus, in quibus medium aliquod inveniri non poſſe,
Ariſtoteles tradit. In omnibus enim illis exemplis j
medium aliquod rationis eſt, quia nempè omnibus
cumſtantijs obſervatis, in quibus medium rationis co
ſiſtit, appeto juſta, formido æterna mala, odi peccata. Q
modo vero medij poteſt aliquod eſſe medium? Perin
ac ſi in virtutibus quæ media quodammodo ſunt, temp
rantiâ & fortitudine quærere medium velim, uti hæc
mnia expreſſe docet Ariſtot. *l. 2. Ethic. cap. 6. comm. 40.* G
tius igitur medium aliquod rei in his videtur quærere,
advertit, jam eas actiones ad mediocritatem rationis
perductas. Vide Cl. Hornejum *Phil. Mor. l. 3. c. 1. §. 17.*

XI. Admodum quoque falluntur & fallunt illi, q
quoniam magnanimitas in maximis honoribus, magn
centia in maximis ſumptibus occupata eſt, idcirco qu
dam virtutes non admittere mediocritatem exiſtimar
licèt enim objectum ſit maximum, tamen magnifici
magnanimi non tùm virtuoſe agunt, cum maximè ob
ctum illud appetunt, ſed cum modum ſervant, & circu

ſta

ſtantias, quas ratio præſcribit, attendunt. Quòd ipſum innuere voluit Philoſophus, quando *Ethic. Nicom. IV. c. 6.* ait: *Ἔστι δὴ ὁ μεγαλόψυχος, τῷ μὲν μεγέθει ἄκρος· τῷ δὲ, ὡς δεῖ, μέσος.*

XII. Patet igitur Grotiana argumenta nondum ſubvertere mediocritatem virtutis. Poſſumus verò etiam hoc Grotio, præeunte nobis Ariſtotele, ejusque interpretibus, largiri, in quibusdam virtutibus ad ſumma incitare rationem. Ariſtot. *V. Ethic. cap. 2.* (ſeu, ut alij, c. 1.) ita ait: *Nam quia injuſtus eſt etiam pluris uſurpator, circa bona non omnia verſabitur, ſed ea tantum, in quibus fortuna proſperitas & adverſitas conſiſtit.* Ex quo loco rectiſſimè colligit Euſtratius Nicænus reliquas virtutes intellectuales nequaquam conſiſtere in mediocritate, ſed omnino, quo quis plura animi bona ſibi paraverit, eò eſſe excellentiorem. Et hoc ipſum probat idem Commentator ex *lib. IX. Ethic.* ubi definit, quid amicus amico præſtare debeat, *cap. 8.* ubi agit de philautiâ ac dicit laudabilem eſſe philautiam illam, quâ quis in infinitum appetat animi bona. Et non alio fortè reſpectu Plato virtutes Summitates vocavit, uti diſcimus ex Appulejo *lib. de dogm. Plat.* Agnoſcit igitur Ariſtoteles quoque, non omnes virtutes conſiſtere in mediocritate, & verè Gellius dixit, eſſe quædam, quorum amplitudines nullis finibus cohibeantur, & quæ quanto majora auctioraque ſint, etiam tantò laudatiora ſint. Virtus verò Moralis, quæ circa moderandos affectus occupata eſt, omninò in mediocritate conſiſtit.

XIII. Sed pergit Grotius & conatur oſtendere, quæ, quamque abſurda hanc hypotheſin ſemel poſitam conſequantur. Ait, virtutes diverſas, parſimoniam & liberalitatem in unum compegiſſe. Sed, ignoſcant ſummi Viri manes, utrumque vacillat: nam primò hoc non ſequitur ex

illâ hypotheſi poſitâ, deinde Ariſtoteles parſimoniam
liberalitatem non compegit in unum, ſed maximè ſej
xit, quippe, cum parſimonia ſit ſpecies defectus, ſeu a
rius extremi, quòd liberalitati opponitur. *Multi modi*
quit, *l. 4. cap. 11. illiberalitatis eſſe videntur.* Et mox: *Hi*
tur ita vocantur, ut Parci. Et eſt profectò ſpecies quæd
avaritiæ, quia parcus etiam neceſſarios ſumptus facere
cuſat, non ſolum in juvandis amicis, ſed etiam erga
pſum. Neque enim ſimpliciter verùm eſt, quòd vult G
vvinckelius in dando nos liberales, in erogando parc
eſſe. Æquè enim liberalitas in erogando ac in dando c
ſiſtit. Parcum verò eum eſſe poſſumus largiri, qui non
mnes in erogando obſervet circumſtantias. Quòd ſi ve
omnes in dando & erogando ſervat, jam non parcus a
pliùs, ſed liberalis eſt. Verùm rei manifeſtæ non ampl
immorabimur.

XIV. Alterùm abſurdum, quòd elicere conatur G
tius, hoc eſt. *Veritati*, inquit, *dedit oppoſita minimè ex a*
reſpondentia Iactantiam & Diſſimulationem. Verùm conf
duntur hîc veritas Practica & Theoretica. Veritas P
ctica eſt virtus Moralis, quâ ſenſa mentis noſtræ exprin
mus, & rectius dicitur Veracitas apud Latinos: apud Gr
cos verò nomen non invenit. Veritas verò Theoret
eſt adæquatio rationum, quæ ſunt in intellectu, cum reb
Priorem conſiderare eſt ſolius Ethici. Circa poſterior
verſantur in actu ſignato Metaphyſica, in exercito om
in univerſum diſciplinæ, in directivo Logica. Adeoque h
multum inter ſe differunt. Nec video, quomodo non
ctè Iactantia & diſſimulatio opponantur veritati in ſpec
Nam in genere ei opponitur mendacium, quando q
ſenſa mentis ſuæ non exponit. Facit autem hoc duob
modis. Primò, quando ſibi plura tribuit, quàm ex ve

ta

tate tribui poſſit, & dicitur Iactans. *Omnis quippe oſtentatio non caret ſuſpicione mendacij, & quicquid aſſumitur, proprium non putatur*, inquit rectè Symmachus *lib. 1. Epiſt. 1.* Secundò, quando ſibi minus tribuit, quàm ex veritate debebat, & ea, quæ ſibi adeſſe ſcit, vel negat, vel minuit. Fruſtra igitur eſt Grasvvinckelius, quando propriæ laudis diſſimulationem indolem induſtriæ eſſe, nec inter mala referendam aſſerit: Licèt enim non ſit tam grande vitium, quàm eſt alterum extremum, vitium tamen eſt, quia à veritate, quæ virtus, quæ medium eſt, diſcedit. Quicquid vero præter virtutem, vitium eſt, quicquid ultra veritatem mendacij ſpecies eſt, adeoque non laudandum. Et verò, quandoquidem omnes homines naturâ ſuâ ad laudem ſunt ὀξύπεινοι, vix crediderim ullos reperiri, qui ſua extenuent, niſi hoc alio fine faciant, nempe ne fortè cogantur bonis ſuis prodeſſe alijs, quòd ſi faciunt, certè maximè peccant. Imò, qui ita ſua diſſimulant, ut velint videri humiles, cum revera ſuperbiſſimi ſint, ne illi quidem ſunt laudandi. Certè Socrates, cujus exemplum affert Ariſtoteles, cum hoc dixit, ſe id tantùm ſcire, quod nihil ſciat, non hoc indicare voluit, ſe ignorantem eſſe, ſed omnia illa quæ ſciat, minima eſſe eorum, quæ neſciat.

XV. Tertium abſurdum ita proponit: *Quibusdam rebus vitij nomen impoſuit, quæ aut non exiſtunt, aut vitia per ſe non ſunt, ut contemptus voluptatis & iræ adverſus homines vacuitas.* Et iræ quidem adverſus homines vacuitas quod non detur, & ſi detur, quòd non virtuti, ſed vitijs annumeranda ſit, tum demonſtrrabimus, quando cum Stoicis res nobis erit. Nunc tantùm de vacuitate ab omni voluptate, quæ alias ſtupiditas dicitur, diſſeremus. Hanc primò Grotius ait non eſſe vitium per ſe, atque adeò apertè contradicit Ariſtoteli *Ethic. Nic. l. 3. cap. 4.* ubi eam in defe-

ctu, temperantiæ collocat. Quòd ſi hoc tantum Gr
vult minùs eam eſſe vitium, quàm alterum extrem
non repugnamus. Ipſe Philoſophus *lib. 2. cap. 8.* mag
inter vitia ſeu extrema virtutum differentiam conſti
aitque: *Temperantiæ non ſtupiditas, quæ deficit, ſed quæ*
dit, intemperantia magis eſt oppoſita. Et ibidem regula
nit, quomodo dignoſcere valeamus, quodnam inter ex
ma peſſimum ſit, & quàm maximè à medio recedat, n
rum in dolorificis defectus, in voluptuarijs exceſſus.

XVI. Quod ſi vero planè vitium non eſſe con
dit Grotius, vitare non poteſt, quin incidat in difficult
Si enim non eſt vitium, aut erit virtus aut ſimile quid
tuti. At verò, qui abſtinet ab omnibus voluptatibus
facit id coactus, aut ſponte; ſi coactus, laudem non m
tur, ſi ſponte, multo minùs. Ergò nullo modo
ἀναισθησία virtus erit, aut ſimile quid virtuti. Ponè
aliquem omnibus ſenſibus orbatum, ut nullâ re volupt
sâ afficiatur, ponè eſſe vetulum, frigidum, qui uti frui
lis amplius delicijs poſſit, non laudaverim. *Quod enim*
ceſſitas præſtat, ipſa depreciat, ut ait Tertullianus *lib. 1.*
xor. cap. 3. Coactus ille temperanter vivit, non ex ele
ne, quæ in virtute conſtituendâ utramque paginam fa
adeoque non temperanter, ſed temperantia tantùm a
juxta Philoſophum *lib. 2. c. 3.* ὁ ἐξ ἀνάγκης πράττων ὐ σπυδ
inquit tanquam ex oraculo idem *l. 2. Magn. Mor. ca*
An fur idcirco laudandus, ſi in facto deprehenſus ſ
cuique tribuere, & ita juſta agere cogatur? An ille t
perans, qui in carcere detentus non poteſt exercere l
dinem & luxuriam? An pauperibus laudi ducendu
illos egeſtas in diem vivere, & delicioſos ſequi mores
ſinat. Suſpirant nimirum hi multò ardentius ad ve
neceſſitate delicias: & ſicut ignis modicâ lymphar

aſpergi*n*e augetur potius, quàm minuitur: ſic coacta illa temperantia acuit deſideria vitioſæ mentis. Da vires, da poteſtatem & licendi copiam, ſponte ſua ad vitia properabunt. Pulcrè de talibus Seneca *Epiſt. 42.* ait: *Multorum, quia imbecilla ſunt, latent vitia: non minus auſura, cum illis vires ſuæ placuerint, quàm illa, quæ jam felicitas aperuit. Inſtrumenta illis explicandæ nequitiæ deſunt. Sic tutò ſerpens etiam peſtifera tractatur, dum riget frigore; non deſunt illi venena tunc, ſed torpent.* Et hoc ipſum concludit vetus Poëta Anonymus ap. Ariſt. *Rhetor. l. 2. cap. 23.* 1

Εἴπερ γὰρ οὐδὲ τοῖς κακῶς δεδρακόσιν
Ἀκουσίως, δίκαιον εἰς ὀργὴν πεσεῖν:
Οὐδ' εἴγ' ἀναγκασθείς τις εὖ δράσει τινὰ
Προσῆκον ἐστὶ τῷ δ' ὀφείλεσθαι χάριν. quæ ita vertimus:

Nam ſi ſceleſti fortè quid patrantibus
Non ſponte, peſſimum eſt nefas iraſcier:
Nec, ſi coactus quis boni quicquam patret,
Id propter illi multa habenda gratia eſt

Vide quæ in hanc rem ex Terentio, Appiano, Ariſtophane Philone notavit J. Gruterus *ad Tacit. part. 1. diſcurſ. 5. p. 41, 42.* Scilicet is demum verè virtute præditus eſſe judicandus eſt, qui (ut verbis elegantisſimis Themiſtij Euphradæ *Orat. gratiarum actoriâ ad Imp. Conſtantium p. 11.* utar) ἐν ἐξουσίᾳ μὲν ἀδικίας δικαιότερος Ἀναξαγόρου, ἀδείᾳ δὲ ἀκολασίας σωφρονέστερος Ξενοκράτους, τρυφᾶν δὲ ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν Σαρδανάπαλον ῥᾷον ἀνέχεται λιμοῦ καὶ δίψης, ἢ διογένης ὁ ζινοπεύς, quæ ex verſione Cl. JCti Georgij Remi ita habent: *cum tantâ ſit præditus potentiâ, ut ei ſi velit, impunè injuriò eſſe liceat, tamen ſit Anaxagora juſtior: qui impunitate peccandi libidinandique ſibi propoſita, Xenocrate tamen ſit moderatior: qui, cum deliciis ſupra Sardanapalum affluere poſſet, Diogene Sinopeo famem ſitimq́; facilius*

facilius ferat. Manet igitur hoc, eſtque veriſſimum, ...
eſſe propterea laudandum aliquem, ſi coactus, medi...
neceſſarijs facultate & occaſione deſtitutus à vitijs ſibi...
peret.

XVII. Porrò autem ne eum quidem, qui cum ...
ptate frui per occaſionem, nullo impedimento obſt...
poſſet, tamen abſtineat, laudandum eſſe, hoc eſt, quò...
præſentiarum nobis probandum venit. Sunt vero ...
ne vix quidem homines, ſed trunci potius naturam ...
runt, qui ab omni voluptate abſtinent. Quædam et...
voluptas maximè eſt licita, quàm comparare Muſ...
ſvavibus cantilenis ſolitus eſt Pythagoras, teſte *Mal...*
ejus vitâ. Nec ſoli corpori ſed animo quoque ſunt ...
luptatibus paratæ deliciæ. Quòd ipſum pluribus ...
tat Philoſophus *Ethic. l. VII. cap. 13. & lib. X. cap. 4. & ...*
Magn. Mor. lib. 2. cap. 7. quem exſcribere hâc vice nol...
deoque veriſſimè, & ad Ariſtotelis mentem Plato, ...
Apulejo in lib. de ejus dogm. Voluptatem neque bonum e...
ſolutè, neque ſimpliciter malum: ſed eam, quæ ſit honeſta, ...
dendis rebus, ſed glorioſis actibus veniat, non eſſe fugiend...
lam verò, quâm aſpernatur natura ipſa, turpi delectation...
ſitam, vitari oportere cenſebat. Vide quæ infra de ...
utilitate & neceſſitate contra Stoicos diſſerimus. ...
gitur abſurdum, illum hominem, qui datâ operâ ſi...
mit omnes voluptates etiam licitas & ad ſe valetudi...
que ſuam conſervandam maximè neceſſarias, non ...
bene agere, quàm qui eas adhibet. Naturæ ſiquid...
pſi vim infert, qui ſui conſervationi non ſtudet, & ...
licite uſurpare poterat, obſtinato animo reſpuit vo...
tem. Quòd ſi non tam bene agit, peccat aliquâ ra...
Ergo ἀναισθησία ſaltem aliqua ratione vitium erit, licè...
tam grande, quàm Intemperantia.

XIX. Quanquam autem oſtenderimus vitium aliquo modo eſſe, tamen ne ſic quidem Grotio factum fuerit ſatis. Duplici enim argumento pugnat. Aut, inquit, vitia per ſe non ſunt, aut non exiſtunt. Poſterius igitur nobis examinandum quoque erit. Et habet quidem hîc Grotius confitentem reum Ariſtotelem, qui *lib. 3. cap. 14.* expreſsè docet, tale vitium fortè non reperiri, quia vix amplius ſit homo, cui nihil ſit jucundum, cui nulla inter hunc illumve cibum differentia intercedat, unde nec nomẽ illud vitium inveniſſe ſcribit. Verùm enim verò, quod inde concludere vult Grotius, non procedit. Nimirum multa ſunt vera & in ſcientijs traduntur veriſſima, quæ actu ipſo in vitâ humanâ non dantur. *Ἀεροβατῶν* interdum Philoſophi noſtri, & ſpeculationes proferunt, quas ad praxin nec à ſemetipſis, nec ab alijs transferri poſſe ſciunt. Oportet enim artium præcepta magis de Ideâ eſſe & perfectione, quàm de imperfectione & defectu. Vide Cicer. *præloq. in Brut. ſeu de Oratore*, ubi his tandem verbis concludit: *Quicquid eſt igitur, de quo ratione & viâ diſputatur, id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpeciemque redigendum.* Ipſe Ariſtoteles virtutem, quæ in nullo mortalium aut certè pauciſſimis reperta, deſcribit, & *Ideas Platonicas dum refutat* (verba ſunt auctoris Angli, qui Religionem Medici ſcripſit *part. 2. ſect. ult.*) *in ideam ipſe incidit; nihil enim aliud eſt ejus ſummum bonum, quàm ſomnium & chimæra:* nec tamen hinc ſequitur, deſcriptiones illas eſſe falſas. Ita Stoici ſapientem ſuum, qualis nuſquam datur, effinxerunt. Lipſius *Manuduct. ad Phil. Stoic. II. diſſ. IIX.* Medici temperamentum adpondus, ſanitatem abſolutam, Phyſici elementa pura deſcribunt, quæ ſciunt aut omninò non exiſtere, aut parvo intervallo durare. Nec in optimâ republ. conſtituendâ à Platone in libr. de Republ. Ariſtotele in Politi-

tis, Thoma Moro in Utopia Th. Campanella in republ
Solis, Anonymo in mundo Altero & Eodem erran
eſt, quia facilius fortè voto, quàm actu ipſo talis reſpu
datur. Architectum Vitruvius, Oratorem Cicero, bon
principem Xenophon in Cyro, Homerus in Ulyſſe, Vi
lius in Ænea depinxerunt, non quod exiſtimaſſent tales
quos in rerum naturâ reperiri, ſed quia talis conſidera
apprimè eſt utilis, ut in hoc veluti elegantiſſimo ſpecu
quivis, quid ſibi deſit, perſpicere, & nævos ſuos abſterg
valeat. Vide elegantiſſima in hanc rem verba *Phi
Scherbij in defenſ. Phil. Ariſtot. contra Ramiſtas, cap. 5. in P
Altdorphina p. 25, 26.* & imprimis *Cl. Naudæum in bibliograp
Politica p. m. 24. & 25. edit. Batavæ.*

XIX. Quartum abſurdum ex juſtitiæ mediocrit
deducere conatur, quàm Ariſtoteles quoque ipſe tan
ſub initium lib. V. Præmittit enim ibi eſſe peculiarem di
cultatem, quia alia mediocritas ac in reliquis virtutib
Primo autem Ariſtoteles reus agitur alicujus μεταβάσεως
ἄλλο γένος. Non dicam nunc, quantus in demonſtran
fuerit Ariſtoteles, & qualem nobis reliquerit doctrina
Analyticam, quæ à tot retrò ſeculis illuſtrata quidem, nu
quam aucta eſt: homo enim fuit & errare, imò in ſua ipſ
præcepta impingere potuit. Meo vero judicio nequaqu
contra ea peccavit. Neque enim hoc in principio poſu
omnes virtutes eſſe in mediocritate affectuum poſitas,
tantum in medio, ut jam diximus. Et verò eam in me
conſiſtere mox clarum erit. Quæ igitur hic μετάβασις
autem virtutis mediocritas pateat, ſupponimus hic c
Ariſtotele: Injuſtum eſſe inæquale quid, quòd nemo
gabit, adeoque injuſtitiam eſſe inæqualitatem. Inæqu
autem in ſe continet plus vel minus. Plus, quando u
id ſibi ſumit: minus, quando alter id accipit. Quòd ſi i

t

tur injuſtitia eſt inæqualitas, juſtitia erit æqualitas. Juſtum igitur eſt medium, quia omne æquale eſt medium. Et verò circa quamcunque rem poſſumus peccare exceſſu vel defectu, in illa poteſt utique obſervari mediocritas. Atqui in rebus fortunæ poſſumus peccare exceſſu vel defectu. Ergo in rebus fortunæ poteſt eſſe mediocritas. Hæc mediocritas jam eſt juſtitia. Si tu Sempronio plus aufers, quàm debebas, peccas exceſſu; ſi minus das Titio, quàm debebas, peccas defectu: Et tamen circa hos actus verſatur Juſtitia & Injuſtitia.

XX. Et hæc quidem ſecundum Ariſtotelem ita ſeſe habent. Verùm liceat hîc libertate Philoſophicâ ſummum doctorem aliquanto deſerere, & rem ipſam accuratius examinare, ut Grotio fiat ſatis. Nimirum Juſtitia eodem modo, quo reliquæ virtutes morales, in medio eſt collocata. Poſita enim inter duos vitioſos habitus, quærit mediocritatem inter exceſſum & defectum. Si enim Juſtitia, ut Ariſtoteles ipſe vult, verſatur inter lucrum & damnum, ſi utrisque illis convenit plus & minus, ſequitur duplices eſſe actiones circa duplicem materiam augendam aut minuendam. Si duplices actiones, duplices quoque habitus vitioſi, adeoque inter illos erit juſtitia, ut quælibet alia virtus inter duo vitia.

XXI. Hoc ipſum, ut clarius pateat, in ſpeciebus quoque juſtitiæ oſtendere conabor. Sunt verò hæ, quas ipſius Ariſtotelis verbis referre malumus *Eth. V. cap. 2. ex verſione Magiri*: *Juſtitiæ igitur ex partè jurisq; una quidem ſpecies eſt, quæ in diſtributionibus, aut honoris aut pecuniarum aut aliarum rerum conſiſtit. Altera vero, quæ in commerciis emendandis verſatur.* Circa bona fortunæ verſatur omnis Juſtitia. Bona illa fortunæ ſunt duplicia, aut communia cum alijs, aut noſtra propria: Circa communia fit diſtributio, circa pro-

 tuti.

pria commutatio inſtituitur & contractus. Contra
autem conſiderantur vel ut inſtituendi, vel ut jam in
tuti. Circa inſtituendos verſatur Commutativa & ab
tio cavet,ut commercia rectè inſtituantur. Circa jam
ſtitutos verſatur Correctiva, & ſi quæ facta deceptio, e
corrigit. Adeoque prior circa voluntaria, poſterior ci
involuntaria συναλλάγματα verſatur. Verùm tres hæ fa
ad duas ſpecies reducuntur, & nos duas poſteriores
unâ habebimus.

XXII. In Diſtributivâ igitur Iuſtitiâ, ut inde ord
dupliciter peccatur. In Exceſſu cum tribuitur plus in
gniori: in defectu, cum minus digniori: utroque enim
do peccatur. Nam & is, qui plus indigniori tribuit,
bi gratiâ honores, tribuit boni plus, mali minus, adeo
contra juſtitiam peccat, licèt non æque injuriam faciat
ſi fortè reipublicæ) ut alter ille, qui dignum, non tribu
do ei, quòd debebatur, maximâ afficit injuriâ. Sic qu
do circa pœnas verſatur. Iudex peccare poteſt in ex
ſu & defectu. In defectu quidem, ſi remittat pœnam
lubet, nec puniat meritos ſecundum leges, quarum
miniſter eſt. Ita enim graviſſime peccat, & dum abire
punitos ſinit nocentes, vires ſubminiſtrat audaciæ. In
ceſſu, ſi ſemper nulla habitâ æquitatis ratione, jus ſtrict
ſequatur, ex. gr. ſi chirurgum, qui in palatio venam ſec
morte puniat, ſtrictè inhærens illi legi, quæ eum, qu
palatio ſanguinem profuderit, necare jubet. Tunc en
fit, quòd ille apud Comicum *Heaut. act. 4. ſc. 4. verſ. 48. ai*

Ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.

Non verò omnia ad rigorem juris examinanda ſunt,
interdum ſecundum æquum & bonum aget Iudex. Om
enim leges univerſales eſſe oportet, ſiquidem omnes in
publica aliqua cives obligare debeant, ità, ut nemo ſe

c

cluſum eſſe & privilegio aliquo gaudere exiſtimet. *In univerſum verò aliquid, quod quaſi certam formam habeat, conſtitui non poteſt*, ſcribit veriſſime Imperator Trajanus ad Plinium ſuum *lib. X. Epiſt. 98.* hoc eſt, nulla lex eſt tam univerſalis, quæ non ob caſuum incidentium varietatem, aliquam patiatur exceptionem, adeoque ſecundum æquum & bonum ſit explicanda.

XXIII. Porrò in Iuſtitiæ alterâ ſpecie, quæ circa contractus tum inſtituendos, tum corrigendos verſatur, itidem datur & exceſſus & defectus. In Exceſſu peccat, qui tribuit ſibi plus, quàm alteri: in defectu, qui tribuit alteri plus & ſibi minus. Qui igitur defectu peccat, licèt injuria fortè per ſe neminem afficiat, & hinc quibusdam planè peccare non videatur, tamen revera peccat in hanc juſtitiam, quia non rectè commutat, exempli gr. ſi pro re, quæ vix centum thaleris æſtimari mereatur, det mille. Si enim non rectè commutat, illa rectitudinis adeſſe debitæ privatio omninò aliquam importat vitij rationem, licèt non tam grande ſit vitium, quàm Exceſſus. Et verò non requiri, ut duo extrema æquè ſint vitioſa, jam ante ex Ariſtotele diximus.

XXIV. Patet igitur in omni juſtitia dari exceſſum & defectum, quemadmodum in reliquis virtutibus. Iuſto in Exceſſu opponitur Nimis Iuſtus, in defectu Injuſtus. Nimis juſtum voco illum, qui peccat in exceſſu, non, quod vocabulum illud apte exprimat rem ipſam, ſed quod aliud non ſuppetat, quomodo multa in morum ſcientia, etiam apud Græcos, nomina non invenerunt. Revera enim nemo nimis virtuoſus eſſe poteſt, nimis temperans, nimis fortis: hoc enim ipſo, quòd virtute, quæ in medio conſiſtit, præditus eſt, omne nimium excluditur. Poteſt tamen fortaſſis ille, qui excedit virtutem dici nimis juſtus,

nimis temperans, nimis fortis &c: quemadmodum. C
eſt ea vis, quâ generamur, vivimus, nutrimur & augeſcim
tamen dicas calor nimius, febrem ſignificabis: ita nimis f
dicetur audax ſeu temerarius, nimis temperans inſenſilis, n
prudens callidus. Et vero has loquendi formulas Ger
nica noſtra lingua vel imprimis admittit. Interim
nemini obtrudimus, nihilque intereſt ita defectum j
tiæ voces, an anonymum cum alijs nonnullis conſtit
Quandoquidem enim rem ipſam dari ſatis luculente
ſtendimus, non erimus de verbis ſolliciti. Vide Cl. Ph
ſophi ac Medici *Franc. Valleſij Covarrubiani librum de ſa*
Philoſophia cap. 67. ubi explicat Eccleſiaſtis illud cap. 7. Noli
juſtus multum.

XXV. Ultimum, quòd Ariſtoteli impingit, ab
dum Grotius, vult deducere ex *cap. 4. l. 5. Ethic.* ubi id
cet Philoſophus: Si quis committat adulterium non
luptuosâ libidine, ſed lucri tantum causâ, quòd ab
cum quâ conſveſcit, accipit, injuſtiorem illum eſſe, qu
intemperantiorem & contra: Si quis ob libidinem a
terium committat, adeoque dando Thaidi ſuæ pecun
ipſe damno afficiatur, intemperatiorem eſſe, quàm in
ſtiorem. Non ait igitur hoc Ariſtoteles, non peccare
orem etiam in temperantiam, poſteriorem in juſtitiam
hunc in temperantiam magis, illum in juſtitiam. Qu
doquidem omnis actio humana æſtimanda eſt ex fine.
nis autem prioris actionis non eſt expletio cupiditatis,
poſterioris ſui ipſius defraudatio: ſed hujus quidem
crum, illius libido. Quæcunque igitur verſatur circa
crum & pecuniam, ad illam prior, & quæcunque virtus
ſatur circa libidinem, ad illam poſterior actus eſt refer
dus. Nihil igitur hic obtinet Grotius: de cujus argum
tis cum ſatis dixerimus, ad Stoicos accedemus.

XX

XXVI. Hactenus igitur aſſeruimus virtutem in mediocritate conſiſtere, contra illos, qui eam in exceſſu collocarunt: ſed ne ſic quidem officio noſtro factum fuerit ſatis, niſi ex alterâ quoque parte oſtendamus, in defectu etiam non eſſe poſitam. Ex profeſſo igitur cum Stoicis res nobis erit, qui hac in parte deficiunt, ut ita loquar, virtutemque non in medio, temperamentoque naturalium affectuum, ſed exciſione eorundem collocant. Etſi enim Stoicorum nomen hodiè penè ignoretur, *non* tamen *hominum interitu ſententiæ quoque occidunt*, ut ait Cicero *lib. 1. de nat. Deor,* Et verò reperti hoc ævo non pauci, qui virilem illam ſectam approbaverunt.

XXVII. Vocamus autem, ut à principio ordiamur, *affectus motus appetitus ſenſitivi ab objectâ boni vel mali ſpecie provenientes, ſequente dolore vel voluptate.* Sunt autem in triplici potiſſimum differentia, vel boni, vel mali, vel indifferentes. Boni, qui medium actu continent, ut pietas erga parentes, στοργὴ in liberos. Mali, qui ſtatim cum ipſo nomine pravitatem implicant, ut malevolentia, invidia, impudentia. De his elegantiſſimè loquitur Philoſophus *2. Ethic. cap 6. Omnia hæc & hujuſcemodi ita appellantur, quia non exceſſus ipſorum & defectus, ſed ipſa mala ſunt: ut nullo modo poſſit quicquam in iis rectè agere, ſed peccare ſemper neceſſe ſit.* Denique ſunt indifferentes, & hi quidem ſimpliciter affectus, de quibus loquimur. Cum ad medium reducuntur, boni ſunt, exceſſus verò ipſorum & defectus mali. Cum in ſe & ut à Deo conditi conſiderantur, nemo ex iis vel laudatur, vel vituperatur. Quòd enim naturaliter ineſt, omnibusque ac ſingulis, vitio vel laudi duci non poteſt, non minus quàm ſitire & eſurire. Ineſſe autem affectus naturaliter, mox oſtendemus.

XXIIX. Hi igitur ſunt, quos diximus, affectus, *anſa* qui-

